dilationibus et legalibus impedimentis non differen-
do ad quietationem. Praeterea ultra praemissos Officij
praefati Castren[sis] Premislien[sis] Terminos dilationem
sibi non recipiendo. Nullasque motiones praetestiones
earumque prosecutiones favendo ac praemissa omnia
potius simplicibus vel duplicatis Evasionibus
Suspensionibus Fatalijs Juris Praescriptione Ter-
restri Bello Conventioneque ac alijs quibusvis Ju-
ris remedijs et defensis non subterfugiendo nec
modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti per-
sonali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vbyszow Coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis prae-
sentibus Castren[sis] Capitan[ealibus] Premyslien[sibus] Gnosi Martinus
Vbysz ab una et Ursula de Emigrod primi nu-
ptus Gnosi olim Uliani Ciesanowski ad praesens
vero secundarum nuptiarum eiusdem Gnosi Mar-
tini Vbysz Consors legitima ab altera partibus
Coniuges Clarissimi et quidem Gnosa Consors cum eiusdem
Mariti sui personali assistentia et Authoritate ad
infrascripta recognoscenda Consensu sani mentibus
et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Ju-
risdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus
recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si]
Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum Suc-
cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter

et

et plenarie incorporando atq subjciendo palam libere publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit Quia ipsi sibi mutuo et inuicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumq quarumuis pecuniarum Necnon auri argenti Clenodiorum Unionum vestium vestimentorum equorum equiream pecorum pecudum oris stanni cupri Orichalci totiusq supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae mutuam Advitalitatem et usum fructum ad extrema vitae suae tempora inscripserunt et assecurauerunt prout inscribunt et assecurant praesentibus tali scilicet modo et conditione. Quod si prius praedictum Gregorium Maritum quam ipsam Consortem de hac luce decedere contigerit Extunc praefata Coniunx bona Mariti sui omnia haereditaria obligatoria mobilia et immobilia summasq quasuis pecuniarum ac res supra scriptas omnes morte praedicti Mariti sui derelictas cum omni Jure Dominio et proprietate omnibusq et singulis bonorum eorundem Utilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus attinentiisq et pertinentiis generaliter Uniuersis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora utifruetur. Post mortem vero praedictae praedictae Coniugis bona supradicta omnia morte Mariti illius derelicta ad Successores eiusdem Mariti illius absq quouis impedimento et

Contradictione Successorum praedicti Coniugis totaliter et pleno Jure devolventur. Et similiter si prius praefatam Gnosam Coniugem quam eius Gnosum Maritum illius mori contigerit extunc praedictus Gnosus Maritus bona omnia haereditaria obligatoria mobilia et immobilia Summasq quasvis pecuniarias ac omnes supradictas res morte eiusdem Coniugis devolutas cum omni Jure Dominio et proprietate omnibusq et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentysq et pertinentys generaliter Universis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice ad extremum duntaxat Vitae suae tempora Utifruetur Post mortem vero praedicti Mariti bona suprascripta omnia morte praedicti Coniugis ipsi devoluta ad Successores eiusdem Coniugis absq quovis impedimento et Contradictione Successorum praedicti Mariti totaliter et pleno Jure devolventur Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Strumiło Gnosam Taranowska Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliensis Gnosus Joannes Strumiło sanus mente et Corpore exiis a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprys et Competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premisliensis Jurisdictioni quoad actum praedictum attinet

de